PAVLVS EPISCOPVS,

SERVVS SERVORVM DEI. AD perpetuam rei memoriam. Romanus Pontifex cuius partes ſunt, vniuerſum gregem dominicum in pacis amenitate, quantum cum Deo poteſt, confouere, litibus, & diſcordijs, quæ inter diuino obſequio mancipatas, & alias catholicas perſonas oriri formidantur obuiare conatur, ac deſuper diſponit, prout rerum, & perſonarum qualitate penſata conſpicit, in domino ſalubriter expediri. Nuper ſiquidem, cum nos antea pro parte dilectæ in Chriſto filiæ nobilis mulieris Catherinæ Ferdinandez de Corduba, marchioniſſæ de Pliego nobis expoſito, quod poſtquam
1 progenitores ſui, domini de Aguilar, qui pro tempore fuerunt, * a tanto
tempore citra, de cuius contrario memoria hominum non exiſtebat,
2 * ex iuſtis titulis in pacifica poſſeſsione, ſeu quaſi iuris percipiendi, & exi
gendi decimas, & primitias, ſeu fructus decimales, ex grano, vino, oleo,
pecoribus, & alijs rebus, inde Montilla, & de Aguilar, ac de la puente de
3 don Gonçalo, & de Montuena. * & de Montaluan oppidis Cordubẽſis
diœceſis, quorum dicti progenitores domini in temporibus exiſtebant
4 * & qui omnia monaſteria, eccleſias, & alia pia loca in eiſdem oppidis cõ
ſiſtentia, ſeu maiorem illorum partem, forſan proprijs eorum expenſis
ſuſtinuerant, eisq; de libris, calicibus, & alijs ornamentis, ac paramentis
5 ad diuinum cultum neceſſarijs prouiderant, * quiq; pro eorum caſtro-
rum a mauris recuperatione, & defenſione, multos labores, & incõmo
da, etiam proprium ſanguinem effundendo conſtruxerant, eorumq; op
pidorum diſtrictibus, ab Albarracenis nuncupatis, alijsq; incolis, & ha
6 bitatoribus oppidorum, & diſtrictuum huiuſmodi, * forſan ex indulto
7 * aut ex alijs conceſsionibus eis per Epiſcopos Cordubenſes pro tempo-
8 re * forſan conſtructionum eccleſiarum huiuſmodi intuitu factis * ipſis
9 Epiſcopis, & capitulo eccleſiæ Cordubenſis, ſcientibus, & patientibus,
nemine contradicente fuerant: ac cum tunc Decanus dictæ eccleſiæ, & capitulum præfati, quibus progenitores prædicti occaſione earundem decimarum, de ſumma trium millium morapetinorum, monetæ illarũ partium, ac triginta menſuris caphitis nuncupatis grani in ciuitate Cordubenſi annuatim reſpõdere, & de eiſdem decimis per eos pro tempore perceptis, vltra prouiſionẽ ornamentorum huiuſmodi, etiã ſalaria preſbyterorum in eiſdem eccleſijs deſeruientium ſoluere, aliaq; onera eiſdẽ eccleſijs incumbentia perferre conſueuerant, facultatem & conceſsio

nem

nem percipiendi decimas prædictas, nullas et inualidas fuiſſe, percep-
10 tionemq; decimarum huiuſmodi ad eos pertinere prętenderent, * &
quondã Alfonſum Fernandez, dominum de Aguillar, tunc in huma-
nis agentem, ſuper perceptione huiuſmodi iudicialiter moleſtare cępiſ
ſent. Decanus, & capitulum, ac Alfonſus pręfati, volentes a litibus diſce
dere, & ſcandalis, quę inde oriri formidabantur obuiare, ad quandam
concordiam deſuper inuicem deuenerant, per quam inter alia voluerãt,
& conuenerant, quod Alfonſus prefatus eiusq; ſucceſſores, dictorum
oppidorũ domini qui pro tempore eſſent, ſingulis annis vſq; ad cẽtum
annos, decano, & capitulo præfatis, nec non portionarijs, & beneficiatis
eiuſdem eccleſiæ, de ſumma ſex millium morapetinorum ſimilium in
ſancti Michaelis de menſe Septembris, & de ſexaginta menſuris tritici,
11 * vt prefertur nuncupatis, in aſſumptionis beatæ Marię feſtiuitatibus
certis tunc expreſſis modis reſpondere tenerentur, ac Alfonſus, & eius
ſucceſſores prędicti, decimas, & primitias huiuſmodi libere percipere,
12 & exigere poſſent. * Decanus, capitulũ, portionarij, et beneficiati prædi
cti, omnia iura, & actiones deſuper ſibi competentia, eiſdem Alfonſo,
13 & ſucceſſoribus cederent, pro vt ceſſerunt. * ac fœlicis recordationis Ale
xander Papa ſextus, prędeceſſor noſter, concordiam huiuſmodi, om-
niaq;, & ſingula in inſtrumentis publicis ſuper illis confectis contenta,
cum defectuum, ſiqui forſan interuenerant in eiſdem ſupletione, ad ipſa
rum partium ſupplicationem, per quaſdam confirmauerat, nouis deinde
differentijs, & litibus inter tũc decanum, capitulum, portionarios, et be
neficiatos dictæ eccleſiæ, ac dictam Catherinam ſuper eiſdem decimis
exortis, illisq; tam in Romana curia, quam extra eam indeciſis penden
14 tibus, decanus, capitulum, portionarij, & beneficiati præfati, * videntes
15 nullum ius ſuper eiſdem decimis ſibi competere, * capitulariter, vt mo
ris eſt congregati, litibus huiuſmodi ceſſerunt, ac renunciauerũt, & ab il
lis deſtiterunt, ad vtriusq; partis ſupplicationem, litium huiuſmodi ſta
tum, & merita pro expreſſis habens, & cauſas ipſas ad nos aduocans, li
teſq; præfactas penitus extinguens, pręmiſſa per decanum, capitulum,
16 portionarios, & beneficiatos prędictos, vt prefertur facta, ac pro vt illa
cõcernebãt, omnia & ſingula inſtrumento publico deſuper confecto
contenta, per quaſdam noſtras approbauerimus, & confirmauerimus,
illaq; valida, & efficacia exiſtere, & perpetuę firmitatis robur obtinere,
ſuosq; effectus ſortiri, & inuiolabiliter obſeruari debere decreuimus,
omnesq; & ſingulos, tam iuris, quam facti, ac etiam ſubſtantialium ſo-
lenitatum defectus, ſiqui forſan in eiſdem interueniſſent, ſuppleuerimus,
ac ſuper premiſſis Decano, capitulo, portionarijs, & beneficiatis præfa-
tis

17 fatis, eorumq́; ſucceſſoribus perpetuum ſilentium impoſuerimus, dictæ Catherinę, & ſucceſſoribus ſuis, in perpetuum, vt decimas, & primi
tias etiam ex noualibus prouenientes huiuſmodi, in de Montilla, de A-
guilar, de la puente de don Gonçalo, de montuena, & de montalban lo-
cis, ac oppidis præfatis, ab Albarracenis, & incolis, ac habitatoribus prę
dictis, pro vt Catherina, et progenitores ſui pręfati, eaſq; conſueuerāt
18 abſq; alicuius concientię ſcrupulo, ac alias etiam vltra dictos centum
annos libere, & licite percipere, exigere, & leuare, ac de illis pro libito diſ
ponere, illas in eorum etiam vſum conuertendo, nec deſuper a quo quā
directe, vel indirecte moleſtari, & inquietari poſſent, ac valerent dum-
modo decano, capitulo, portionarijs ac beneficiatis pręfatis dictos ſex
mille morapetinos, et ſexaginta menſuras tritici ſoluerent, & traderent,
ac conſueta onera circa monaſteriorum, et eccleſiarum prædictorum re
parationem et manutentionem, ac diuini cultus obſeruationem ſuppor
tarent, per alias noſtras literas conceſsimus, ac indulſimus, prout in ſin-
gulis literis prædictis, de quarum tenore nobis conſtitiſſe aſſerimus, &
propterea ſuper illo ſicvt pręfertur expreſſo, nullo vnquam tempore du
19 bitari poſſe, ſeu debere volumus, plenius continetur. Cum autem ſicut
accepimus, dicta Catherina dubitet, ne lites, ac differentię vt præfertur
extinctę, huiuſmodi, inter ipſam, ſeu ſucceſſores ſuos, ac modernos,
ſeu pro tempore exiſtentes decanum, capitulum, portionarios, & bene
ficiatos prædictos, ſuper perceptione dictarum decimarum, ante, vel
poſt lapſum ipſorum centum annorum, denuo ſuſcitarentur, & exoriā
20 ur, ac propterea ipſa, ſeu ſucceſſores ſui præfati, ad nouas conuentiones
& concordias, cum maximo Catherinę, ſeu ſucceſſorum prędictorum
pręiuditio, eorumq́; non modico damno, & detrimento, prout iam
21 pluries inter ipſos vt præfertur deuentum fuerat, cum eiſdem decano,
capitulo, portionarijs, ac beneficiatis deuenire, & expenſas litis, & diſſen
tionum huiuſmodi, aliaq́; incommoda ſubire cogantur. Nos ne Cathe
rina, aut ſucceſſores ſui pręfati, litibus huiuſmodi pro tempore indebite
grauari poſſent, ac alias in præmiſsis de opportuno remedio, quantum
in nobis eſt prouidere volentes, motu proprio nō ad alicuius ſuper hoc
nobis porrectę petitionis inſtantiam, ſed de noſtra mera liberalitate, &
ex certa noſtra ſcientia, ac de apoſtolicæ poteſtatis plenitudine, lites ip-
ſas, quas in poſterum perpetuis futuris temporibus, ante, vel poſt lap-
ſum centum annorum huiuſmodi, inter Catherinam, ſeu ſucceſſores
ſuos, ac modernum, ſeu pro tempore exiſtentem decanum, ac capitulū,
portionarios, ac beneficiatos prædictos, ſeu quoſuis alios, de & ſuper per
ceptione decimarum, primitiarum, & fructuum decimalium, etiam

ex noualibus prouenientium , et oblationum huiuſmodi pendere, et de
nouo ſuſcitari continget , cauſas ipſas ad nos aduocantes, ex nunc , pro
ut ex tunc, et e contra penitus, et omnino extinguimus, easq; de nouo
per decanum capitulum , portionarios et beneficiatos ipſos , ſeu quos
uis alios ſub quouis prætextu, aut quauis de cauſa, vel occaſione innoua
ri prohibemus, necnon decano , capitulo , portionarijs , & benefaciatis
eiſdem in ipſis decimis, primitijs, fructibus, et oblationibus, etiam ex no
22 ualibus, *vt præfetur prouenientibus, vltra annuam ſolutionem ſex mil
23 lium morapetinorum, et ſexaginta cophinorum grani, ipſis * vt præfer
tur faciendam, nullum de cætero aliud ius, nulláq; actionem etiam lap-
ſis dictis centum annis competere, illosq; a iure & actionibus huiuſmo
di penitus excluſos fore et eſſe nec actiones ipſas de nouo vilo vnquam
tempore intentare, ſeu ſuper illis iudicialiter experiri poſſe, ſed illas ip
ſas inutiles , & inefficaces reddi , & pro nullis , et inualidis , ac penitus
& omnino extinctis haberi . ſicq; per quoscumq; iudices , & comiſſa
rios , ac cauſarum palatij apoſtolici auditores, quavis inſtantia, ſublata ,
eis , & eorum cuilibet , quauis aliter iudicandi, & interpretandi facul-
tate & authoritate, vbiq; iudicari , ſententiari , et diffiniri debere , nec
non quidquid ſecus ſuper his a quo quam , quauis authoritate ſcien-
ter, vel ignoranter contigerit attemptari, irritum , et inane decerni-
mus . Et inſuper tam moderno , & pro tempore exiſtenti Decano , ac
præfatis capitulo, portionarijs, & beneficiatis, ſeu quibusuis alijs, quam
quibusuis iudicibus eccleſiaſticis, ordinarijs , & delegatis, ac noſtris &
ſedis apoſtolice, nec non alijs in illis partibus, decimarum impoſitarum
ex quauis cauſa pro tempore collectoribus, & ſubcollectoribus cæteriſ
q; quorum quomodolibet intereſt , ſeu in futurum intereſſe poterit, ne
Catherinam, & ſucceſſores ſuos præfatos , quo minus decimas, primi-
tias, fructus, & oblationes, etiam noualibus prouenietes huiuſmodi, abſ
q; conſcientiæ ſcrupulo, & aliquarum pænarum ac cenſurarum incurſu
24 perpetuo * vt prefertur percipere, exigere, & leuare, ac de illis pro libito
diſponere, etiam illas in eorum vſum conuertendo, libere , & licite poſ-
ſint, etiam prætextu cuiuſuis litis, per modernos, & pro tempore Deca-
num, ac capitulum, portionarios, et beneficiatos prædictos, ſeu quosuis
alios deſuper motæ, ſeu in poſterum mouendę, vel alias quomodolibet
impedire, perturbare, & inquietare poſsint, ſeu preſumant, ſub maioris
excomunicationis, alijsq; eccleſiaſticis ſententijs, cenſuris, & penis, eo ip
ſo ſi contrauenerint, incurrendis, a quibus non niſi per Romanum Pon-
tificem, preter quam in mortis articulo conſtituti, abſolutionis benefi-
cium valeant obtinere, præcipimus, & mandamus, ac diſtrictius inhi-

be

bemus. Quocirca venerabilibus fratribus noſtris Archiepiſcopo Hiſpa-
lenſi, & Abulenſi, ac Albianẽſi per apoſtolica ſcripta mandamus, quate
nus ipſi vel duo, aut vnus eorum per ſe, vel alium, ſeu alios pręſentes lite
ras vbi, & quando opus fuerit, ac quotiens pro parte Catherinæ, & ſuc-
ceſſorum ſuorum prædictorum fuerint requiſiti, ſolenniter publicantes
eiſq; in pręmiſsis efficacis defenſionis præſidio aſsiſtentes, faciant autho
ritate noſtra Catherinam, & ſucceſſores ſuos pręfatos illis pacifice frui,
& gaudere, non permittentes eos deſuper per iudices ordinarios, & dele
gatos, ac collectores, & ſub collectores pręfatos, aut alios quoſcũq; quo
modolibet indebite moleſtari, vel inquietari. Contradictores quoſlibet
& rebelles, ac pręmiſsis non parentes, per cenſuras eccleſiaſticas, & alia
opportuna iuris remedia, appellatione poſtpoſita compeſcendo, inuoca
to etiam ad hoc ſi opus fuerit auxilio brachij ſęcularis. Non obſtantibus
præmiſsis, ac piæ memoriæ Bonifacij Papę octaui, etiam prędeceſſris no
ſtri, qua cauetur, nequis extra ſuam ciuitatem, vel diœceſim, niſi in cer-
tis caſibus, & in illis vltra vnam dietam a fine ſuæ duœceſis, ad iuditium
trahatur, ſeu ne iudices a ſede apoſtolica deputati, extra ciuitatem, et diœ
ceſim in quibus fuerint deputati iudices, contra quoſcunq; procedere,
aut alio, vel alijs vices ſuas committere præſumant, & de duabus dietis
in concilio generali ædita, dummodo vltra tres dietas aliquis authorita-
te pręſentium ad iudicium non trahatur, & alijs apoſtolicis, ac in prouin
cialibus, & ſynodalibus concilijs editis generalibus, vel ſpecialibus con-
ſtitutionibus, & ordinationibus, ac dictæ eccleſię etiam iuramento, con
firmatione apoſtolica, vel quauis firmitate alia roboratis, ſtatutis & con
ſuetudinibus, priuilegijs quoq;, indultis, & literis apoſtolicis, Epiſcopo
Decano, capitulo, portionarijs, & beneficiatis præfatis, vel quibuſuis a-
lijs, ſub quibuſcunq; tenoribus, & formis, per quoſcunq; Romanos Põ
tifices prædeceſſores noſtros, & nos, ſeu ſedem apoſtolicam, aut illius de
legatos, vel quoſcunq; alios conceſsis, confirmatis, & innouatis, quibus
etiam ſi pro illorum ſufficienti derogatione, de illis, eorumq; totis teno
ribus ſpecialis, ſpecifica, & expreſſa, ac de verbo aduerbum, non au-
tem per clauſulas generales idem importantes mentio, ſeu quæuis alia
expreſsio habenda foret, tenores huiuſmodi ac ſi de verbo aduerbum ni
hil penitus omiſſo inſererentur, pręſentibus pro ſufficienter expreſsis
habentes, illis alias in ſuo robore permanſuris, hac vice dumtaxat
ſpecialiter, & expreſſe derogamus, contrarijs quibuſcunq;. Aut ſi a-
liquibus communiter, vel diuiſim, ab eadem ſit ſede indultum,
quod interdici, ſuſpendi, vel excomunicari non poſsint, per literas

per literas apoſtolicas non facientes plenam, & expreſſam, ac de verbo aduerbum de indulto huiuſmodi mentionem. Nulli ergo omnino hominum liceat, hanc paginam noſtræ aduocationis extinctionis, prohibitionis, decreti, inhibitionis, mandati, & derogationis infringere, vel ei auſu temerario contraire. Si quis autem hoc attemptare præſumpſerit, indignationem omnipotentis dei, ac beatorum Petri & Pauli apoſtolorum eius ſe nouerit incurſurum. Datis Romę apud ſanctum Petrum, anno incarnationis Dominicæ milleſimo, quingenteſſimo quadrageſimo ſexto, quintus idvs Martij pontificatus noſtri anno tertio decimo. Iulius de Grandis. R. de ſanct. Marſal. Iulius Ta. in ſecretaria apoſtolica de grandis,

IVLIVS EPISCOPVS SERVVS SERVORVM DEI, AD perpetuã rei memoriã, circunſpecta Romani Põtificis prouidẽtia, ſingulorum merita æqua lãce conſiderãs, illos potioribus gratijs et fauoribus proſequitur, quos eximia fide, et ſincera deuotione, in ſuo, et apoſtolicæ ſedis cõſpectu clarere cognoſcit, et quę eis ad eorũ cõmodum, & vtilitatẽ cõceſſa ſunt, ſuo approbationis munimine ſæpius roborat, aliaſq; deſuper diſponit, pro vt pro eorum ſecuritate, & cõmoditate conſpicit in domino ſalubriter expedire. Dudum ſiquidem fęlicis recordationis Paulo Papæ. III. prædeceſſori noſtro, pro parte dilectæ in Christo filię nobilis mulieris Ca-
therinę Fernãdez de Corduba, Marchioniſſæ de Pliego expoſito, quod
antea poſtq; prognitores ſui, domini oppidi de Aguilar, qui pro tem-
1 pore fuerant,* a tanto tempore citra, de cuius contrario memoria homi
2 nũ non exiſtebat, * ex iuſtis titulis, in pacifica poſſeſſione, ſeu quaſi iu
ris percipiendi, & exigendi decimas, ex grano, vino, oleo, pecoribus, &
alijs rebus in de Aguilar prędicto ac de Montilla, ac de la puente de don
3 Gonçalo, & de Montuerca, * nec non de Monte Albani Cordubenſis
diæceſis oppidis, quorum dicti progenitores, domini in temporalibus
4 fuerat, * et qui omnia monaſteria, eccleſias, & alia pia loca in eiſdem op-
pidis conſiſtentia, ſeu maiorem partem eorum, forſan ſuis proprijs expẽ
ſis conſtruxerant, eiſq; de libris, calicibus, & alijs ornamentis, ac para-
5 mentis ad diuinum cultum neceſſarijs prouiderant, * quiq; pro ipſorũ
oppidorum, de manibus maurorum recuperatione, & defenſione, mul
tos labores, & incõmoda, etiam proprium ſanguinem effundendo, ſuſti
nuerant, eorumq; oppidorum diſtrictibus, pro tempore prouenienti-
bus, ab Albarracenis nuncupatis, & alijs incolis, & habitatoribus oppi-
6 dorum, & diſtrictuum huiuſmodi, * forſan ex indulto apoſtolico, * aut
7 ex alijs conceſſionibus eis per Epiſcopos Cordubenſes pro tempore for
8 ſan * conſtructionis eccleſiarum huiuſmodi intuitu factis, * ipſis Epiſco
9 pis, & dilectis filijs capitulo eccleſiæ Cordubenſis, ſcientibus, & pacien
tibus, ac nemine contradicente extiterant: Cum tunc, Decanus dictæ ec
cleſiæ, & præfati capitulum, quibus progenitores prædicti occaſione ea
rundem decimarum, de ſumma trium millium morapetinorum, monetæ illarum partium, & triginta menſuris caphitijs nuncupatis grani, in
ciuitate Cordubenſi annuatim reſpõdere, & de eiſdem decimis per eos

pro

pro tẽpore preceptis, vltra prouiſionẽ ornamentorum huiuſmodi, etiã
ſalaria preſbyterorum eiſdem eccleſijs deſeruientium ſoluere, aliaq; one
ra eiſdem eccleſijs incumbentia perferre conſueuerant, facultatem &
conceſſionem percipiendi decimas præfatas, nullas et inualidas fuiſſe,
10 ac decimas huiuſmodi ad eos pertinere pretenderent, * & quondã Al-
fonſum Fernandez, dominum dicti oppidi de Aguillar, tunc in huma-
nis agentẽ, ſuper perceptione huiuſmodi moleſtare cepiſſent. Decanus,
& capitulum, ac Alfonſus prefati, volentes a litibus diſcedere, & ſcanda
lis, que inde oriri formidabantur obuiare, ad quandam concordiam de
ſuper inuicem deuenerant, & per eam inter alia voluerant, & conuene-
rant, quod dictus Alfonſus eiusq; ſucceſſores, dictorum oppidor domi
ni pro tempore exiſtentes, annis ſingulis, vſq; ad centum annos, decano
& capitulo præfatis, necnon portionarijs, & beneficiatis eiuſdem eccle-
ſiæ, de ſumma ſex millium morapetinorum ſimiliũ in ſancti Michaelis
11 de menſe Septembris, & de ſexaginta menſuris * vt prefertur nuncupa
tis tritici, in aſſumptionis beatæ Marie feſtiuitatibus, tunc certis expre-
ſis modis reſpondere tenerentur, ac Alfonſus, & eius ſucceſſores prefati
decimas, & primicias huiuſmodi libere percipere, & exigere poſſent.
12 * Necnõ decanus, capitulum, portionarij, et beneficiati prædicti, omnia
iura, & actiones ſibi deſuper competentia, eiſdem Alfonſo, & ſucceſſo-
13 ribus cederent, pro vt ceſſerant. * ac piæ memoriæ Alexander Papa ſex-
tus, etiam predeceſſor noſter, concordiam huiuſmodi, omniaq;, & ſin-
gula in inſtrumentis publicis ſuper illis confectis cõtenta, cum defectuũ
ſupletione, ad ipſarum partium ſuplicationem, per quaſdam confirma-
uerat, nouis differentijs, & litibus inter tunc decanum, et præfatos capi-
tulum, portionarios, et beneficiatos, nec non Catherinam ſuper eiſdem
decimis exortis, illisq; tam in Romana curia, quam extra eam indeci-
ſis pendentibus, decanus, capitulum, portionarij, & beneficiati prædi-
14 cti, * videntes nullum ius ſuper eiſdem decimis ſibi competere, * capi-
15 tulariter, vt moris erant congregati, litibus huiuſmodi ceſſerant, & re-
nunciauerãt, & ab illis deſtiterãt. Prefatus Paulus prædeceſſor, ad vtrius
q; partis ſupplicationem. litium huiuſmodi ſtatum, & merita pro ex-
preſſis habens, & cauſas ipſas ad ſe aduocans, liteſq; præfactas penitus
extinguens, premiſſa per decanum capitulum, portionarios, & benefi-
16 ciatos predictos, * vt prefertur facta, ac pro vt illa cõcernebat, omnia &
ſingula inſtrumento publico deſuper confecto contenta, per quaſdam
approbauit, & confirmauit, illaq; valida, & efficacia exiſtere, ac perpe-
tue firmitatis robur obtinere, ſuosq; effectus ſortiri, & inuiolabiliter ob
ſeruari debere decreuit, omnesq; & ſingulos, iuris, & facti, ac etiam ſub
ſtan-

ſtantialium ſolemnitatum defectus, ſi qui forſan interuenerant, in eiſdem ſuppleuit, ac ſuper præmiſſis ſis decano, capitulo, portionarijs, et beneficia
tis præfatis, eorumq; ſucceſſoribus perpetuum ſilentium impoſuit, ac
17 dictæ Catherinę, & ſucceſſoribus ſuis, in perpetuū, vt decimas, & pri
mitias etiam ex nouali bus prouenientes huiuſmodi, in de Montilla, &
Aguilar, de la puente de don Gonçalo, de montena, & de monte Alba
ni, locis, ac oppidis præfatis, ab Albarracenis, & alijs incolis, ac habita
18 toribus prędictis, prout Catherina, et progenitores ſui prefati, catenus
conſueuerant, abſq; alicuius conſcientię ſcrupulo, etiam vltra dictos cē
tum annos libere, & licite percipere, exigere, & leuare, ac de illis pro li
bito diſponere, illas etiam in eorum vſum conuertendo, nec deſuper a
quoquam directe, vel indirecte moleſtari, & inquietari poſſent, dum
modo decano, capitulo, portionarijs & beneficiatis prędictis, ſex mille
morapetinos, et ſexaginta menſuras tritici huiuſmodi ſoluerēt, & trade
rent, ac conſueta onera circa monaſteriorum, et eccleſiarum prædicto
rum reparationem et manutentionem, ac diuini cultus obſeruationem
ſupportarent, cōceſſit et indulſit et deinde per ipſum Paulum prædeceſ
ſorem accepto, quod dicta Catherina dubitabat, ne huiuſmodi lites, &
19 differentię * vt præfertur extinctę, inter ipſam, ſeu ſucceſſores ſuos, et
tunc, ſeu pro tempore exiſtentes decanum, capitulum, portionarios, &
beneficiatos prædictos, ſuper perceptione dictarum decimarum, ante,
vel poſt lapſum ipſorum centum annorum, denuo ſuſcitarentur, & exo
20 rirentur, * et propterea ipſa, ſeu ſucceſſores ſui præfati, ad nouas conuen
tiones, & concordias, cum maximo Catherinę, ſeu ſucceſſorum prędi
ctorum prę iudicio, eorumq; non modico damno, & detrimento, pro
21 vt iam plures inter ipſos * vt præfertur deuentum fuerat, cum eiſdem
decano, capitulo, portionarijs, & beneficiatis deuenire, ac expenſas litis,
& diſſentionum huiuſmodi, aliaq; incommoda ſubire cogerentur: Idē
Paulus prædeceſſor, ne Catherina, aut ſucceſſores ſui prę fati, litibus hu
iuſmodi pro tempore indebite grauari poſſent, prouidere volēs, lites
ipſas quas ex tunc in poſterum perpetuis futuris temporibus, ante, vel
poſt lapſum centum annorum huiuſmodi, inter Catherinam, ſeu ſuc
ceſſores ſuos, ac tunc, ſeu pro tempore exiſtentem decanum, ac capitulū
portionarios, & beneficiatos præfatos, ſeu quoſcunq; alios, de, & ſuper
perceptione decimarum, primitiarum, & fructuum decimalium etiā
ex nouali bus prouenientium, et oblationum huiuſmodi pendere, et de
22 nouo ſuſcitari contingeret, * motu proprio ad ſe aduocauit, et lites ipſas
ex tunc, prout ex ea die, et e contra penitus, et omnino extinxit, illas q;
de nouo per decanum capitulum, portionarios et beneficiatos prędi

ctos, ſeu quos uis alios ſub quouis prætextu, aut quauis de cauſa, v... oc
caſione innouari prohibuit, nec non decano, capitulo, portionarijs, &
beneficiatis prædictis, in ipſis decimis, primitijs, fructibus, et oblationi
23 bus, etiam ex noualibus, vt præfertur prouenientibus, vltra dictam ſolu
tionem ſex millium morapetinorum, et ſexaginta menſurarum grani,
24 ipſis vt præfertur faciendam, nullum de cætero aliud ius, nullāq; actio
nem etiam lapſis dictis centum annis competere, illoſq; a iure & actio-
nibus huiuſmodi penitus excluſos fore et eſſe nec actiones ipſas de no-
uo vllo vnquam tempore intentare, ſeu ſuper illis iudicialiter experiri
poſſe, ſed illas ipſas inutiles, & inefficaces reddi, & pro nullis, et in-
ualidis, ac penitus & omnino extinctis haberi. ſicq; per quoſcumq;
iudices, & comiſſarios, ac cauſarum palatij apoſtolici auditores, in qua
vis inſtantia, ſublata, eis, & eorum cuilibet, quauis aliter iudicandi,
& interpretandi authoritate, & facultate, iudicari, ſententiari, et diſ-
finiri debere, ac quidquid ſecus ſuper his a quo quam, quauis autho
ritate ſcienter, vel ignoranter contingiret attemptari, irritum, et ina
ne decreuit. Et inſuper tam tunc & pro tempore exiſtenti Decano, ac
præfatis capitulo, portionarijs, & beneficiatis, ſeu quibusuis alijs,
quam quibuscumq; iudicibus eccleſiaſticis, ordinarijs, & delegatis, ac
ſuis et dictæ ſedis, nec non alijs decimarum in illis partibus, ex quauis
cauſa, pro tempore impoſitarum collectoribus, & ſubcollectoribus cæ-
terisq; quorum quomodolibet intererat, aut in futurum intereſſe pote-
rat, ne Catherinam, & ſucceſſores ſuos præfatos, quo minus decimas,
& primitias, fructum, ac oblationes, etiam ex noualibus huiuſmodi pro
uenientes, abſq; concientiæ ſcrupulo, & aliquarum ſententiarum, cen-
ſurarū, & penarum incurſu perpetuo * vt præfertur percipere, exigere,
25 & leuare, ac de illis pro libito diſponere, etiam illas in eorum vſum con-
uertendo, libere, & licite poſſent, etiam prætextu cuiuſuis litis, per tūc,
& pro tempore decanum, capitulum, portionarios, et beneficiatos præ-
dictos, ſeu quos uis alios deſuper motæ, ſeu ex tunc in poſterum mouen
dę, vel alias quomodolibet impedire, perturbare, & inquietare poſſent,
ſeu preſumerent, ſub maioris excomunicationis, alijſq; eccleſiaſticis ſen
tentijs, et pęnis, eo ipſo ſi contrauenirent, incurrendis, a quibus non niſi
per Romanum Pontificem, pręter quam in mortis articulo conſtituti,
abſolutionis beneficium valerent obtinere, præcipit, & diſtrictius in hi-
26 buit, * pro vt in ſingulis literis prędeceſſorum huiuſmodi, de quarum
Alexandri ſexti prędeceſſoris præfati, & priorum ſuarum literarū præ-
dictarum tenoribus, idem Paulus prędeceſſor, ſui conſtitiſſe aſſeruit, &
27 propterea ſuper illis ſic * vt pręfertur expresſis, nullo vnquam tempore
dubi

dubitari poſſe,ſeu debere voluit, plenius continetur. Nos igitur eiuſ-
dem Catherinę ſecuritati per amplius conſulere volentes, & ſingularũ
literarum tam Alexãdri,quã Pauli prædeceſſorum huiuſmodi,nec nõ
quorumcunq; inſtrumentorum & aliarum tam publicarum,quã priua
tarum ſcripturarum inter Catherinam & decanũ, capitulum, portiona
rios,& beneficiatos prædictos præmiſſorum occaſione confectorum,
tenores præſentibus pro ſufficienter expresſis habentes,motu ſimili,nõ
ad ipſius Catherinæ,vel alterius pro ea nobis ſuper hoc oblatę petitionis
inſtantiam,ſed de mera noſtra liberalitate, & ex certa ſciencia, ac de po
teſtatis plenitudine noſtris,ſingulas aduocationes cauſarum, & extin-
ctiones litium, ac aprobationem, & confirmationem, nec non ſin-
gula decreta, ſuppletionem, impoſitionem ſilentij, concesſionem,
indultum, prohibitionem, & inhibitionem Pauli prædeceſſoris hu-
iuſmodi, nec non pro vt illa concernunt, omnia & ſingula,in ſin-
gulis literis Pauli predeceſſoris huiuſmodi contenta, & inde ſequu-
ta quęcumq; authoritate apoſtolica tenore præſentium, approba-
mus, & confirmamus, ac illis plenum, & perpetuum firmitatis ro-
bur adijcimis.ſupplẽtes omnes,& ſingulos iuris & facti defectus,ſiqui
forſam interuenerint in eiſdem, eaq; omnia valida, & efficacia fore,ac
ſuos plenarios effectus ſortiri,ac ab omnibus inuiolabiliter obſeruari de
bere,nec nõ modernos,& pro tempore exiſtentes decanum, canonicos,
portionarios,& beneficiatos,ac prefatos capitulum,ab illis vllo vnquã
tempore,etiam pretextu cuiuſuis læſionis reſilire,aut aduerſus eam be
neficium reſtitucionis in integrum,aut quod uis aliud remediũ petere
aut intentare,non poſſe,ſed ad eorum omnium obſeruationem,perpe-
tuis futuris temporibus teneri, & obligatos exiſtere,ac ad id etiam ſen-
tentijs,cenſuris,& pænis eccleſiaſticis cogi, & compelli poſſe, & debere
nec nõ Catherinam, & ſucceſſores ſuos prefatos decimas, & primitias
28 predictas,etiã ex noualibus, vt preferetur prouenietes,in oppidis, & di
ſtrictibus predictis,ab albarracenis,et alijs incolis ac habitatoribus pre
fatis,pro vt hactenus Catherina & progenitores ſui prefati conſueue-
runt,perpetuis futuris temporibus,etiam abſq; alicuius cõſcientię ſcru
pulo percipere,exigire,& leuare,ac de illis pro libito ſuæ voluntatis diſ
ponere,ac in proprios vſus et vtilitatem conuertere,alias iuxta ſingula-
rum literarum Pauli prædeceſſoris huiuſmodi continentiam, & tenorẽ
libere & licite poſſe decernimus.ac Catherine & ſucceſſoribus ſuis pre
fatis,ſuper premisſis omnibus, & ſingulis,plenam, & liberam faculta-
tem,nec non iuxta eiuſdem Pauli prędeceſſoris literas,ac concesſionem
& indultum huiuſmodi,decimas,et primicias, earum q; fructus deci-
males

cimales, & primitias huiuſmodi, ac ius illos percipiendi, exigendi, & le
uandi, ac in ſuos vſus, et vtilitatem conuertendi, apoſtolica authoritate,
attenore prædictis concedimus, et aſſignamus, ac cum eis ſuper his om
nibus, et alijs præmiſsis, de ſpeciali gratia diſpenſamus. Decernẽtes præ
ſentes literas, et in eis contenta, quæcunq; per quaſcunq; alias etiam
in forma breuis literas, aut commiſsiones apoſtolicas, ſeu alias cõtrarias
diſpoſitiones, in decani, capituli, canonicorum, portionariorũ, et benefi
ciatorum prædictorum fauorem, etiam ad quorumcumq; etiam impe
ratoris, vel regum inſtantiam, etiam motu, ſcientia, et poteſtatis plenitu
dine, ſimilibus pro tempore conceſſas, necnon cancellariæ apoſtolicæ
regulas editas, et quocunq; tempore edendas, etiam prętextu concul-
cationis verborum, ac exorbitantię, ſeu lęſionis, aut omiſsionis quorum
vis de neceſsitate exprimendorum, vel quauis alia cauſa, vel occaſione
annullari, vel inualidari, ſeu ad ius cõmune reduci, aut de ſubreptionis
vel obreptionis vitio, ſeu intentionis defectu notari, vel impugnari, aut
eis derogari, ſeu in contrarium quo modolibet diſponi non poſſe, &
ex quibus contrarijs diſpoſitionibus in præmiſsis faciendis, aliquod
præiudicium Caterinæ, et ſucceſſoribus pręfatis inferri, aut parari non
poſſe, et quotiens contrariæ diſpoſitiones huiuſmodi emanauerint, to
tiens præſentes literas aduerſus illas reſtitutas, repoſitas, & plena-
rie reintegratas fore. Sicq; in pręmiſsis omnibus, et ſingulis per quoſ-
cunq; iudices, & commiſſarios quauis authoritate fungẽtes, etiam cau-
ſarum Palatij apoſtolici auditores, et ſanctę Romanę eccleſię cardinales
in quauis cauſa, & inſtantia, ſublata eis et eorum cuilibet, quauis aliter iu
dicandi, & interpretandi authoritate, & facultate, iudicari et diffiniri
debere, ac irritum, et inane ſi ſecus ſuper his a quoquam quauis autho-
ritate ſcienter, vel ignoranter contingerit attemptari. Non obſtantibus
lateranenſis concilij, & quibus uis alijs apoſtolicis, ac in prouincialibus
et ſinodalibus concilijs editis, ſpecialibus vel generalibus conſtitutioni
bus, & ordinationibus, ac dictæ eccleſiæ etiam iuramento, confirmatio
ne apoſtolica, vel quauis firmitate alia roboratis ſtatutis, & conſuetudi-
nibus, necnon omnibus illis, quæ ſinguli prædeceſſores præfati, in ſin-
gulis eorum literis prædictis, voluerunt non obſtare; cęterisq; contra-
rijs quibuſcumq;. Datis Romę apud ſanctum Petrum, anno incarnatio
nis Dominicæ, milleſimo, quingenteſſimo, quinquageſimo Nono, ca
lendas Maij, pontificatus noſtri anno primo. Blo. et fulgin. R. de ſanct.
Marſal. recepta apud Bloſium ſecretarium.